

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Magnanimitas b
cum fontibus proximo et primis

Manipulus florum, Magnanimitas b:

Ad magnanimum pertinet
neque perturbationi animi, neque homini,
neque fortune succumbere.

Tullius ibidem (I. de officiis).

Fons proximus:

← **Sed contra** est quod Tullius dicit, in I *de Offic.*, quod
ad magnanimum pertinet
neque perturbationi animi, neque homini,
neque fortunae succumbere.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 129.7 (P. Caramello ed., p.584).

Fontes primi:

Omnino fortis animus et magnus duabus rebus
maxime cernitur, quarum una in rerum externarum
despicientia ponitur, cum persuasum est nihil
hominem nisi quod honestum decorumque sit aut
admirari aut optare aut expetere oportere, nullique
neque homini neque perturbationi animi
nec fortunae succumbere.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.20 (M.
Winterbottom ed., p.27, ll.5-10).

→ **Sed contra** est quod Tullius dicit, in I *de Offic.*, quod
ad magnanimum pertinet
neque perturbationi animi, neque homini,
neque fortunae succumbere.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 129.7 (P. Caramello ed., p.584).